



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Quo quisq[ue] te[m]pore status Ecclesiae inceptus est atque finiendus.
Cap. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Et cum adiuisset deus leuitas, qui portabant archam domini, immolabantur septem tauri & septem arietes: Dixitq; dominus ad Eliphaz, & duos eius amicos. Sumite septem tauros & septem arietes, & offerte holocaustum pro vobis. Item offeretis cum panibus septem agnos. E alibi: Mitte panem tuum super transeuntes aquas, da partes septem, quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Porro septem prelia sub lege completa concordant cum bellis contra peccata, & cum aduersarijs ecclesie in plagis eidem ecclesie infligendis per excursum septem statuum inclusa persecutione Gog.

VIII § Septenarij præscripti & quàm plures alij vtriusq; testamenti coaptantur ad septem ecclesie status. Quorum primus est apostolorum, Secundus martyrum, Tertius doctorum, Quartus Anachoritarum, Quintus gratiæ & remissionis, Sextus reformationis, Septimus status erit quietis temporalis vsq; ad extremum iudicium. Post quod sequetur status octauus, qui vocatur renumeratiuus, quando deuenitur ad conspectum domini. Vnde in Leuitico: Qui ab immunditia fluxus sanguinis sanatus fuerit numerabit septem dies post emundationem sui die autem octauo veniet in conspectu domini. Et infra: Bos, ouis, & capra cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vberē matris suæ, hoc est, sub regula militantis ecclesie. Die autem octauo, id est, in ecclesia triumphante, offerri poterunt domino. Ille etenim cœlestis status erit æternus, finem alium præter deum non habiturus. Cæteri vero terrestris ecclesie status tempore terminantur.

IX § Nimirum septem ecclesie status distinguit Apostolus & annotat his verbis. Posuit deus in ecclesia primū Apostolos, secūdo prophetas, tertio doctores. Deinde virtutes: exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretatōes sermonū. Equidē primū ecclesie statū significauit p Aplos. Scdm scilicet martyriū statū per prophetas, qui representant martyres, vt in Luca. Hierusalem tu occidis prophetas, & lapidas eos qui mittunt ad te. Nam martyres pariter vt prophetę veritatis sunt testes. Tertii statū Apostolus tangit per doctores. Quartū per virtutes, quæ tempore Anachoritarū in ecclesia summo obseruatae sunt. Quintus status est gratiæ, ideo p gratias curationū designatus. Sextus autē p opitulationes & gubernationes, quibus ad ecclesie reformationē deuenit. Tandē septimo ecclesie statui attribuunt genera linguarū, & interpretatōes sermonū quia tūc plenē intelligent scripturæ, ac illuminabunt hoim intellectus. Octauū vero ecclesie statū Apostolus alibi exprimit, dicēs: Deus dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, hoc est, ad cœlestem statum, qui erit ecclesie octauus, & certaminis præmium triumphans.

¶ Quo quisq; tempore status ecclesie inceptus est atq; finiendus.

Caput VI.

S Equitur in Vbertino, qui ait: Expedi vt quilibet sequens status inchoetur ante cessationē prioris status propter cognitionē statui. Vnde primus ecclesie status inchoatus est in pluribus figuris veteris testamenti. In nouo autem testamento à natiuitate Christi siue à spiritus sancti missione, vel in Euangelio secūdum Matthæum ab humana Christi generatione, scdm Marcū à Iohannis & Christi prædicatōe. Secūdum Lucam à sacerdotio Zachariæ, cui de Iohāne pcurfore facta est reuelatio. Scdm Iohānis euāgeliū à verbo trinitatis incarnato. In primo itaq; statu dextera dei plātauit vineā suam super filiū hominis, Secūdus deinde status martyriū inceptus est tpe Aplos à Stephano prothomartyre, vel à Chri passioe, vel à priā psecutōe Nerōis. Tertius doctorū status tpe martyriū, qm Paulus doctor gētiū, Dionysius, Origenes ac alij docuerūt gētes lōge a cōem statū doctorū: quetiā tpe aplos ceptus videt, quoq; lux lucebat corā hominibus. Status insup Anachoritarū cepit in Paulo primo heremita, in Anthonio, Mathario, alijsve Anachoritis, q tpe tertij status vt pote tpe Hilarij, Ambrosij, Hieronymi, aliorūq; doctorū floruerūt, vt ex legēdis eorū dephēdit, licet idē qrtus status multiplicatus sit tpe Bndicti & Roberti Cisterciens, ac reliq; religiosorū. Quinī postea statū inchoatus cēset post mille à natali Chri ānos, sed eiusdē qnti statū effectus cœ

1. Para. 15
Iob. 42.
Leui. 23
Eccl. 18

Leui. 15

Leui. 22

1. Cor. 12

Luc. 13. &
Matth. 23

Eph. 4

Vbertinus

Psal. 79

Matth. 5

I. c. 13. §. 2
I. c. 10. §. 5. &
I. c. 64. i. p. r.
I. c. 55. §. 12.
I. c. 10
I. c. 11. & 12
I. c. 13. & 14.
I. c. 15
I. c. 66. §. 3
I. c. 64. in fi.
I. c. 10. in fi.
I. c. 69. §. 5.
I. c. 6. in. fin.
& protom,
I. c. 6. §. 3. in
prin.
I. c. 11. in p. r.
I. c. 13. i. p. r.
I. c. 6. §. 3. in
fin. & I. c. 8.
I. c. 19
I. c. 62. §. 4
I. c. 66 §. 7
I. c. 10. §. 8. &
I. c. 8. in fin.

QUO QVISQVE TEMPORE STATUS ECCLESIAE

clius coepit infra tempora status, quando Gregorius magnus nō solum bona temporalia abundanter largitus est pauperibus, sed etiam stationes publicas clementer instituit, quibus peccatores indulgentias remissionesq; poenitentiarum consequeretur. A tempore autem Bonifacii octavi haecenus idem status maximo est in pretio, de quo inferius habebitur, qui status forte finietur in propinquaruina ecclesiasticae dignitatis.

I § Eodem tandem quinto statu adhuc durante, praesens sextus status conformandae ecclesiae censetur inceptus contra insultum Antichristi: cuius praecursor, id est, multos Antichristos ecclesia in omni statu suo passa est. Quippe idem status dudū ante sui inceptionē demonstratus est in reuelatione facta abbati Ioachimo, qui sexti status exordium praenosticauit fieri in renouatione euangelicae vitae, quam plantauerūt Franciscus, Dominicus, & alij religiosi pauperes. Quinimō ipsius sexti status inceptio apparet in Augustini haeremitica regula, communem paupertatem iam dudum obseruante. Augmentationē vero idem sumpsit à praedicatione & zelo multorum bonorum virorum, qui verbo & exemplo ecclesiam dominici sustentauerunt. Complementum tandem status iste sumet in destructione meretricis Babylonicae, quae fiet in secundo aduentu Christi oris sui spiritu Antichristum interfectori. Sicut dicitur legem veteris testamenti esse completam per primū Christi aduentum, atq; legalium obseruantiam esse extinctam per institutionem euangelicae legis. Hinc est qd septem status varijs in initia assignantur. Nam semper prior status paulatim decreuit, & interim status subsequens succreuit ac successiue inoleuit.

II § Interdum plures personae coetaneae diuersos representant status. Aliquādo vna persona in se continuit typum plurium statuum, sicut Paulus qui fuit Apostolus, martyr, & doctor. Quilibet autem status reputatur incipi eo tempore, quo plures eiusdem status viri claruerunt. Ergo renouatio euangelicae vitae, id est, sextus status iam dudum sub foetibus quinti status remissiuu inceptit. Non tamen inuestigari valet, quo puncto singuli status inchoantur vel terminantur, neq; spacia statuum sunt aequalia, vt infra dicitur.

III § Frequenter autem duo status simul concurrere videntur, sicut primus & secundus, quoniam ecclesiae fundatio, & seminatio fidei, quae in Apostolorum statu plātata est, non potuit fructificari absq; irrigatione, quae designatur per sanguinis effusionem in statu martyrum. Hinc Apostoli fuerunt martyres, & e converso martyres Apostoli, id est, seminatores, ac testes fidei. Similiter tertius & quartus status simul concurrere cernebantur. Nam inter doctores, seu ecclesiae vineae cultores, viguerunt nonnulli Anacharitae, ac inter Anacharitas floruerunt plures doctores vt patet in chronicis plurium sanctorum virorum, qui verbis, scriptis, cōsolationibus, exemplis, & vitae acrimonia, ex vitibus ecclesiasticae vineae surculos, superfluasq; virgas amputauerūt. Eodem concursu quintus & sextus status nūc sortuntur: postquam enim in quinto statu palmites vineae fuerunt remissae, & extensa, vt abundantius crescerent, tunc necessarium fuit, vt in sexto statu palmites erigerentur, ac ligarentur, ne in condescensu existentes nimirum in terra iacerēt, & tandem putrescerēt. Vbi in quinto statu inceptit remissio rigoris catholici in quarto statu introducti, ibi necesse fuit adhiberi reformationem vitae spiritualis, ne propter tepiditatem relaxatiōis, fides catholica periclitaretur, seu penitus euanesceret, siquidem bonum paupertatis. Anno dñi. 1300. in ordinibus mendicantibus renouatum, refertur ad sexti sigilli apertionem.

III § Ex quo insuper Christiani abusi sunt indulgentijs & remissionibus in quinto statu admissis, ideo ad sustentationem euangelicae vitae erigitur correctiuis status sextus tempore Francisci, Dominici, caeterorumq; similium religiosorum. Sed quoad ecclesiae persecutionem, quae in eodem statu contra clerū inualuit, idem sextus status coepit est in Caesare Frederico secūdo cū suis cōplicitibus ecclesiam dei atrociter persequente. Cuius adhuc mala cauda in persecutoribus cleri remanet vsq; ad omnimodam ecclesiasticae dignitatis extinctionem. Praeterea sicut synagoga, seu vetus testamentū, & ecclesia, seu nouū testamētū simul bellādo cōcurrunt

1. Iohan. 2

2. Thess. 2

Videat Hierony. in vitaspatrium

Apo. 6

J. ca. 14. § 3
J. c. 14. p. 10.
J. ca. 43. § 8
J. c. 14. in fi.
J. c. 14. § 14

J. eo. §. 4

J. eo. §. 3. i. fi.
& J. c. 14. §. 5
J. c. 61. i. prin.
J. c. 9. in prin.

§. eo. i. prin.
& J. c. 43. §. 15

J. c. 10. i. prin.
§. ca. 4. §. 9

J. c. 7 in prin

§. eo. in prin.
& J. c. 47 § 2
§. ca. 5. §. 9.
in prin.

J. c. 11. i. prin
J. c. 14 i prin

§. c. 5. §. 9 in
fi. & J. ca. 16
in prin.

§. eo. §. 1. &
J. c. 22. §. 6

J. ca. 15. in fi.
§. eo. §. 1. &
J. c. 9. §. 6

De sima. 2. re. iij
die. ad apt. l. 6
J. ca. 14. §. 9

rerunt

j.c.15. §. 19
 j.c.10
 §.c.5. §.7. &
 j.c.3. §.6
 j.c.6. §.9
 j.c.7. §.7
 §.c.2. §.5
 §.c.4. §.11
 & j.c.49. §.9
 j.c.68. §.2
 j.c.7. §.7
 §.c.5. §.8
 §.c.6. §.4
 j.c.9 in prin
 j.c.10 in pri
 & j.c.62. §.17
 j.c.62. §.7
 in fi.
 §.c.4. §.7
 & j.c.29. §.1
 j.c.23. §.12
 in prin.
 j.c.66. §.9
 j.c.21. §.9
 j.c.10 in pri
 j.c.10. §.2
 §.c.6 in pri
 & j.c.8. §.1
 & j.c.11. §.2
 n.q.1. futura
 j.c.12 in pri
 j.c.22.
 j.c.8. §.2
 Dist. 13. c.1.

reunt à natiuitate Christi vsq; ad destructionem Hierosolymæ à Tyto factam, ita modo per aliquod tempus vsq; ad deuastationem ecclesiæ, simul currunt quin tus status. s. veteris malitiæ (qm̄ membra ecclesiæ vitiosa sunt) & status renouationis, ad præsens ex parte, tandem in fine sexti status integrè liter fiendæ. Vnde eosdem ambos status Sybilla vno oraculo comprehendit.

V. § Finē vero huius sexti & initiū septimi status nemo assignare potest. Nam in Apocalypsi Iohannes prohibetur signare verba huius prophetiæ, & tamen prius angelus Iohāni dixit: Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua. Ex hoc elicitur, q̄ anterior, vel generalior pars reuelationis significari præcipitur, sed terminus & species prohibetur. Quicquid enim in sanctæ ecclesiæ initijs latuit, finis continue ostendit. Et sic scimus sextum statum terminari in Antichristo magno, cuius cauda durabit vsq; ad interitum Gog, & suorum satellitū, sicut vetus testamentum in primo Christi aduentu habuit finem, caudā vero vsq; ad destructionē ciuitatis Hierosolymæ. Et si septimi status tempora & conditiones ignoramus, donec euenierint, eum tamen statum scimus certo futurum, & Antichristi tempore inceptum iri, ac finiri extremo iudicio. In quo octauus status inchoabit perpetuo duraturus.

Quanto temporis spacio quisq; durat. Cap. VII.
Vertinus describit spacia temporum & statum esse inæqualia & plurimum disparia. Cuius causa est in secreto dei, qui eadem tempora & status distinxit pro sua diuina voluntate secundum diuersas gratiarum influentias, sicut & tempora septem ætatum sunt inæqualia. Ait namq; q̄ primus status, scilicet apostolorum, non diu durauit; diffusio enim fidei per apostolos in orbem vniuersum debuit esse velox instar lucis solaris, & fulgoris in vniuersa subito discurrentis. Nam qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Apostoli quippe fuerunt testes veloces, & oportuit eos prædicare cito verbum dei, quod est lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris; mandatū quoq; nouum censetur esse lucerna, & lex Christi lux, qui venit in hunc mundum. Et quāmdiu ipse Christus in mundo, fuit, lux mundi fuit, postquam autem ad patrem transiit, constituit apostolos principes omnis terræ, vt essent lux mundi, qui accenderunt lucernam fidei & posuerunt super candelabrum, vt luceret oibus qui in domo, id est in mundo, sunt, & vt intrantes viderent lumen veritatis. Quia nihil absconditum quod non manifestetur, neq; occultum quod non veniat in palam.

I § Et sicut olim ad reformandum altare prophanatum synagoga accedit lucernas, quæ super candelabrum erant, vt lucerent in templo. Sic hodie mulier in typo ecclesiæ ad diligenter quærendam dragmam deperditam, accendere debet lucernam, quam apostoli super candelabrum posuerunt, vt pote in vniuerso mundo veritatem fidei velociter manifestando. Huiuscemodi repentinam conuersionem præuidit Dauid in spiritu, dicens: Tu lucerna mea domine & illuminabis tenebras meas, in te enim curram accinctus & in deo meo transiliam murum, dominus quidem promiserat se daturum Dauid, i. Christo, lucernam & filijs eius omni tempore. Per filios intelliguntur apostoli, quorum lucernam deus illuminauit, vt subito & late luceret. Vnde dicitur: Sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et alibi: Tu illuminans lucernā meam domine. Quocirca in apertione primi signaculi Christus habebat arcum, & exiit vincens vt vinceret.

II § Secundus deinde status, scilicet martyrum, propter confirmationem fidei prope trecentis annis vel diutius durauit, vt pote à prima Neronis persecutione vsq; ad vltimum Iuliani apostatæ peruersitatem: Vel, à diuisione apostolorum vsq; ad primum, id est Nicænum, concilium, vel à passione Christi vsque ad Constantinum, qui adeptus veritatis fidem, primus dedit pacem ecclesiæ, ab illo etenim tempore Christiani semetipsos domino cōsecrarunt.

III § Status postea doctorum cœpit à tempore eiusdem Constantini ad fidem conuersi, qui ad Romanā sedem Syluestrum instituit. Quo tempore aduersus Arrianam hæresim primum generale concilium Nicænum celebratum est. Is

Gal. 2. ac. 16
 & 21. & Tho
 q. 10. 3. art. 4
 ad. 1. 2. 3
 Apo. 22
 Apoc. 10
 Psal. 147
 Psal. 118. lite
 ra Nun.
 Prouer. 16
 Psal. 44
 Mat. 5
 Luc. 8. it
 Marci. 4
 Luc. 12
 1. Mach. 4
 Luc. 11
 Luc. 15
 2. Reg. 22
 2. Para. 21
 Luc. 11
 Psal. 17
 Apoca. 6

C

tertius